8.

1741.
d 25 April

VIRO

Illuſtri, Magnifico, Ampliſſimo, Graviſſimo & Conſultiſſimo,

DOMINO

CASPARO à RHEDEN,

JCto Excellentiſſimo,

Cùm

Poſt geſtam feliciter XV. & quod excedit, annos

Dignitatem Senatoriam,

atque adminiſtrata ſumma cum laude pulcherrima Reipublicæ munera, Anno M DCC XLI.

eodemque menſe & die, nimirum *XXV. Aprilis*,

quo delati ante illum vigeſimum ſunt

Magnifico & de omni publica re optimè merito ipſius Parenti (quem honoris cauſa nominamus)

JOHANNI à RHEDEN,

conſpirantibus ſibi commiſſos ſuffragiis,

CONSULARES Reipublicæ Bremenſis FASCES,

ſolemniter poſtera luce capeſſeret,

Illuſtris Schola Bremenſis

gratulabatur

calamo

Henr. Heiſen, Prof. Publ. Bibliothecar. & Pædagogiarchæ.

Qui Proceres inter fulges, ÆQUISSIME JURIS ARBITER, & patrii GLORIA CELSA ſoli:
Quo Te *fata* vocant, venturi provida *fata*,
Quæ nutu Faſces dant adimuntque ſuo;

Te quoque *Prætoris* [illegible], VIR MAGNE,
Finxit ad egregii Conſulis [illegible] decus.
Quam juſtus mitisque ſimul decidere lites,
Et legum nodos explicuiſſe potes!
Talis erat, Tua quem fortuna ſimillima reddit,
Conſpicuus meritis ingenioque PARENS.

conſpirantibus [illegible] commiſſos ſuffragiis,
CONSULARES *Reipublicæ Bremenſis* FASCES,
ſolemniter poſtera luce capeſſeret,
Illuſtris Schola Bremenſis
gratulabatur
calamo
Prof. Publ. Bibliothecar. & Pædagogiarchæ.

JURIS
ARBITER, & patrii GLORIA
CELSA ſoli:
Quo Te *Fata* vocant, venturi provida *Fata*,
Quæ nutu Faſces dant adimuntque ſuo;
Quo Te *Vota* vocant, venturi neſcia *Vota*,
Addita ſed *Fatis* fida miniſteria;
Huc gradere intrepidus! Quàm ſit Tua cura curulis,
Ardua præclarè munera geſta probant.
Moribus antiquis cùm ſtaret Roma viriſque,
Proximus à ſummo *Conſule Prætor* erat.
Conſulis eſt *Prætor Collega* vocatus, & omne
Conſulis abſentis *Prætor* agebat opus.
Sic *Summo* privos libabat *Prætor* honores,
Anteque quam fieret, *Conſul* habendus erat.
Verum &, cum fieret (fiebat at ille frequenter)
Sic rudis haudquaquam grande ſubibat onus.
Fecerat aſſiduis Prætoria Sella peritum;
Tradendo Conſul fecerat ipſe vices.
Finxit ad egregii Conſulis omne decus.
Quam juſtus mitiſque ſimul decidere lites,
Et legum nodos explicuiſſe potes!
Talis erat, Tua quem fortuna ſimillima reddit,
Conſpicuus meritis ingenioque PARENS.
Magnum aliquid magno eſt naſci de ſanguine Patrum,
Sed majus, magnos æquiparare Patres.
Illum ego ſuſpexi, quondam *mea Jura docentem:*
An Tibi non eadem Sparta obeunda fuit?
Ille *Senatoris* partes & *Judicis* egit:
Rurſus ab hoc gemino clarus es officio.
Atque *idem* (ſtupeo) nunc Te *menſiſque dieſque*
Conſulis excelſum munus inire jubet.
Sic hominum in rebus *Divina Potentia* ludit,
Et vel ludendo SE monet ESSE pios.
Quod reſtat, longo, precor, ut quoque ſtamine vitæ
Exæquare PATREM, quin ſuperare queas.
Sicque vale, & noli, cujus præluſtre fuiſti
Sidus, & es *Columen*, dememiniſſe mei.

BREMÆ,
Typis Viduæ B. Hermanni Chriſtophori Jani, quondam Illuſtris Gymnaſii Typographi.
1741.